VII GLOSSAE CODICIS LEID. VOSS. LAT. 88

Aeuiternus aeternus inȩuo
Suda serenitas clara post pluuiam
Profanus quasi porro a fano
Missum dimissum
5 Dispescat distet
Subsiciua renascens
Campse conuertibiliter
Suggestus eminens locus
Equitio equorum preuisor
10 Busequa boum preuisor
Allego offero
Symposion graece latine conuiuium dicitur
Prouincia aliquando pro potestate accipitur
Extispicium extarum inspectio
15 Bidental sacrificium ex bidentibus
Adeo uerbum pro suscipio interdum ponitur
Robus massa plumbi
Salum mare et intellegitur fluctuatio
Genius nomen proprium dei
20 Apagesis grecum est et significat dimitte discede uel cessa
Runco abscido
Ephyppia (*prior* p *postea addita*) ornamenta aequorum
Schedȩ dicuntur quȩ necdum redactȩ sunt in libris sed habentur et emendantur in chartis
Seuocator qui in libertatem seruos uocat
25 Monstrum aliquando in bonam partem accipitur et (*corr. in* ut) Virgī monstra deum refero
Prodigium autem semper in malum ponitur
Portentum dicitur quod porro nos dirigat uel quod portendat longius
Ius feciale dicitur quod a sacerdotibus sumebatur
Afflictus ponebatur aliquando pro flatu fluminis tactus
Profligatus subuersus 30
Decoctores sunt qui simulata paupertate partem debiti soluunt et in totum accepti ratione per fraudem deliberantur et infames efficiuntur ideo decoctores quod summam debiti decoquunt aurum enim cum coquitur minuitur ergo quasi decoquitur debitum negatione debitoris
Vadimonium ex compromisso d (*deleta postea*) iudicium qui enim non oboediebat iudicio infamis pronuntiabatur
Nepa dicitur scorpius qui facit filios ducentos qui omnes se consumunt et unus remanet propterea qui res suas deuorat nepos dicitur
Inficiatores lenti sunt qui non semel negant debitum sed paulatim differendo ad nouissimum pernegant
Lucana cena quȩ prope diem finitur 35
Cohors praetoria (*ex* praeterea) dicitur quȩ circa praetorem facit
Petulans est ex animo ex moribus ex corpore inpudicus
Excursio dicitur praedatio hostium quando equites inuadunt possessiones et faciunt predas et fugiunt

Conibere est concedere

Septem sunt uigiliae noctis crepusculum fax concubium intempesta gallicinium conticinium aurora crepusculum circa hora undecimam quando claudunt opera fax quando accenduntur lumina coneubium quando dormitur intempesta quando alta nox est gallicinium quando pulli cantant aurora prope lucem

Tria sunt genera fatorum primum immobile secundum quod potest differi tertium quod flectitur

Purpurati dicuntur milites satellites maiores circa tyrannum qui sunt eodem loco quo tyranni ad depellendum forte si quis uoluisset occidere

5 Interpolata interiecta interuulsa interfuscata uarieque maculata

Auersor detestor

Orgia sacra liberi patris

Stromatum opus ex uariis rebus contextum

Stropha inpostura tergiuersatio

10 Simnistes quasi conscius sacrorum

Sicophanta calumniator

Sarmacopula medicamen uel medicamenta proponens ad uendendum

Fac aliquando pro finge accipitur

Consulto ex sententia ex uoluntate de industria

15 Nuntius qui nuntiat nuntium quod nuntiatur

Dolor premens angor dicitur

Officiosores dicuntur qui uolunt ad suum officium proprie pertinere ut rapiant causas defendendas

Ignoscere est erranti dare ueniam

Cognoscere est errantem audire

Cissis genus uehiculi gallici 20

Volaterrana nomen ciuitatis

Mancipes appellantur secundum quosdam qui aliquod uectigal reddebant

Veteratores dicti sunt serui astuti

Sectores dicebantur qui bona proscriptorum emebant

Frugies (i *s. v.*) dicuntur infames 25

Automedon nomen pro prium achillis aurigę

Nauicularii sunt qui transferebant frumenta in urbem aut ubicumque erat imperator

Sinope et amisus ciuitates ponti

Centuriatus ordo est militaris dignitas

Prestare aliquando ponitur pro promittere 30

Exercitatus dicitur qui in bonis actibus summam peritiam habet

Exercitatus autem qui malorum peritiam habet

Statutum est quod necesse est fieri indictum quod ad tempus definitur

Quod inuenitur inarcas coiciuntur loca sunt in foro ubi torquendi serui collocabantur nequis cum his loqui possit

Popa quidam proprium nomen uolunt quidam coponem 35

Conquisitores dicuntur militum scriptores

Versura omne debitum potest dici sed proprie dicitur uersura cum ab altero sumam pecuniam et altero soluo quasi uersum debitum

Sodalitas est ambitus coniuratus

Sodalicium crimen quando inutriusque commodum commitia corrumpuntur

D///elubra dicuntur templa nihil hominus et simulacra ab eo quod dolantur

Flagitium turpe commissum

5 Stipendiariis quibus uictis uectigal inponitur

Spectatus probatus

Cognitor in litetantum (ntum *m. alia in ras.*) datur

Procurator in omnibus rebus

Preiudicium est anteiudicium incurrens opinio

10 Quadruplatores dicebantur accusatores aut quia in quadruplum faciebant conuictos (os *ex* us) condempnari aut quia ipsi quartam partem accipiebant dampnationis

Recipimus rogati suscipimus sponte aut recipimus diuites suscipimus autem aequales uel maiores

Censores dicebantur qui mores (m *e corr.*) senatorum censebant et quosdam a senatu propter morum (orum *in ras.*) uitia pellebant non in perpetuum sed ad certum tempus

Deportamus proprie cum oportet portare

Exportamus cum non oportet

15 Mancipes secundum quorundam opinionem dicebantur quia (*corr.* qui a) pretore ad suscipiendum frumentum asociis et romam transferendum mittebantur

Pugna in causa certamen in gloria est

Versatur quod non satis est leue

Iactatur quod leuissimum est

Moratores dicuntur aduocati

Subsellia ubi arbitri sedebant et 20
minores causę dicebantur

Lenocinari est cum turpitudine seruire

Monitor dicitur qui uel propria dicenti suggerit uel aliena

Subnarratio non legitimę causę narratio

Religio est timor cum ueneratione

Pa///rere est constare 25

Recuperatores dicuntur iudices qui adunam causam dantur

Iudices qui ad iudicium utriusque causę

Euestigio ex eo loco ubi stat antequam uestigium mouit quidam subito alii statim nonnulli euestigio totum dicunt

Leditur qui contra uoluntatem suam patitur aliquid etiam si iuste patiatur damnum

Lupercal fuit romę sub monte pa- 30
latino spelunca in qua de capro (ca *in ras.*) luebatur idest sacrificabatur unde lupercal quidam dictum putant alii quod illic remum et romulum lupa nutrierit alii quod et uirgilius locum esse hunc sacratum pan deo archadię cui etiam mons lyceus in archadia consecratus est et dictus lyceus quod lupos non sinat in oues seuire

Ergo euander deo gentis suae locum sacrauit nomine lupercal quod praesidio ipsius numinis lupi a pecudibus arcerentur nam lupercalia sacra nudi perficiebant

ut est nudosque lupercos. cum enim in honore panos haec solemnitas ageretur pecora romanorum subito a latronibus rapta sunt illi proiectis uestibus persecuti sunt latrones. quibus oppressis et receptis animalibus propter rem anudis prospere gestam consuetudo permansit ut nudi lupercalia celebrarent

Medius fidius significare uidetur iouis filius idest hercules eo quod iouem grece dia appellant et nos iouem ac fidium pro filio quod sepe antea ·l· littera pro d utebantur quidam existimant iusiurandum esse per diui fidem quidam per diurni temporis idest perdiei fidem [1])

VIII DE LATINITATE

(cod. Neapol. Charisii)

Ardua res
Anima tua quod cupit
Antiquae uetustatis instar
Abdomini natus
Antiquitus traditum
Auaritiam prae se fert
Aere alieno onustus et aggrauatus
Anilis gradus
Adhibita manus
Annua uota
Annalis labor
Auspicato procedit
Actionem aduersus eum instituit
Addiem respondit
Amat perditim et perdite
Amore flagrat
Ardet inuidia
Ampliare iudicium
Aere alieno uacillat
Anclare paratus sum
Acumen eloquentiae
Angustiis oppressus
Auersione emitur
Absurdum et absentium uidetur
Auribus nostris oratus [2])
Ambitiose iudicat
Ad liquidum perduxit
Abstrusum inuolutumque
A primo lapide
Affabilis homo
Ampla manu
Ab ineunte aetate

Breui creuit
Bello interneciuo
Bene de me meritus
Bono animo est

Copiam sui non praebet
Cetera egregius
Cui succurri uolet
Cultu quam miserabili
Citius tempus quam oratio deficiet
Consors labor meat [3])
Continuatis [4]) uerbis
Candor animi tui

---

1) *reliquas glossas omittendas esse putavi* || 2) oratus] o *incerta* || 3) meat] ea *incertae.* laborum est? || 4) tinua *incertae* ||